Introit (Wis 1: 7; Ps 67: 2)

Spíritus Dómini replévit orbem terrárum, allelúja: et hoc quod cóntinet ómnia, sciéntiam habet vocis, allelúja, allelúja, allelúja. Vs. Exsúrgat Deus, et dissipéntur inimíci ejus: et fúgiant, qui odérunt eum, a fácie ejus.



"The Spirit of the Lord . . ." is repeated.

Lesser Alleluia (Ps 103: 30)

Allelúja, allelúja. Vs. Emítte Spíritum tuum, et creabúntur, et renovábis fáciem terræ.



Sequence

1. Veni, Sancte Spíritus, et emítte caélitus lucis tuæ rádium.
2. Veni, pater páuperum; veni, dator múnerum; veni, lumen córdium.
3. Consolátor óptime, dulcis hospes ánimæ, dulce refrigérium. In labóre réquies, in æstu tempéries, in fletu solácium.
4. O lux beatíssima, reple cordis íntima tuórum fidélium.
5. Sine tuo númine nihil est in hómine, nihil est innóxium.
6. Lava quod est sórdidum, riga quod est áridum, sana quod est sáucium.
7. Flecte quod est rígidum,fove quod est frígidum, rege quod est dévium.
8. Da tuis fidélibus, in te confidéntibus, sacrum septenárium.
9. Da virtútis méritum, da salútis éxitum, da perénne gáudium.

Amen. Allelúja.




4. In the midst of la-bour, rest, A cool breeze to tem-per the
heat, Sol-ace in the midst of woe. 5. O most bless-èd light, Fill the
in-ner-most be-ing, The ver-y hearts of thy faith-ful. 6. With-out
thy di-vine strength No good dwells in man, Noth-ing but what
turns to ill. 7. Wash a-way eve-ry stain, Ir-ri-gate all dry-ness,
Heal eve-ry wound. 8. Make sup-ple all that is rig-id, Give ar-dour to
things grown cold, Straight-en eve-ry crook-ed path. 9. Grant to thy
faith-ful Who put their trust in thee, The bless-ing of thy sev-en-fold
gifts. 10. Grant us the re-ward of a vir-tu-ous life, A death which
leads to sal-va-tion, To the gift of e-ter-nal joy. A–men. Al-le-lu-ia.

Greater Alleluia

Allelúja. Vs. Veni, Sancte Spíritus, reple tuórum corda fidélium: et tui amóris in eis ignem accénde. Allelúja.



Offertory (Ps 62: 2, 5)

Confírma hoc, Deus, quod operátus es in nobis: a templo tuo, quod est in Jerúsalem, tibi ófferent reges múnera, allelúja.



Communion (Acts 2: 2, 4)

Factus est repénte de coelo sonus, tamquam adveniéntis spíritus veheméntis, ubi erant sedéntes, allelúja: et repléti sunt omnes Spíritu Sancto, loquéntes magnália Dei, allelúja, allelúja.